



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XI. De accidia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

quis status motus odij: sed quia ira inueterata odij. A tur. Et sic ponitur filia inuidiae afflictio in prosperis.

AD QUINTVM dicendum, quod auctoritates illae loquuntur de inuidia secundum quod est peccatum mortale.

ARTICVLVS III.

Vtrum inuidia sit uitium capitale.

Tertio queritur, Vtrum inuidia sit uitium capitale. Ie. Et vñ q̄ non, quia ad uitium capitale pertinet habere filias: nō autem ad ipsum pertinet q̄ sit alterius filia: sed inuidia est filia superbia, sicut Aug. dicit in lib. de Sancta virginate. ergo inuidia nō est uitium capitale.

¶ 2. Præt. Inuidia est tristitia quædam, ut iam dictum est: tristitia autem importat quandam terminum appetitui motus. vbi. n. homo incurrit malū, quod prius oderat, cōtristatur. ergo inuidia non est uitium capitale, quia de ratione vitii capitalis est, quod ex omnia alia vita oriuntur.

¶ 3. Præt. Cuilibet vitio capitali assignant aliquæ filia: sed inuidia non vñ habere aliquas filias. Assignat enim Greg. 3. o. Moral. in quinque filias, quæ sunt odium, susuratio, detracțio, exultatio in aduersis, afflūtio in prosperis, quorum nullū videtur esse filia inuidia. Nam odium magis nascitur ex ira, susuratio aut, & detracțio, & exultatio in aduersis procedunt ex odio, afflūtio aut in prosperis vñ est idem quod inuidia. ergo inuidia non est uitium capitale.

SED CONTRA est, quod Greg. 3. i. Moral. connu-

merat inuidiam inter uitia capitalia.

RESPON. dicendum, quod sicut supra dictum est,

vitia capitalia sunt, ex quib. alia uitia nata sunt oriri fin rōnē a causa finalis. Finis hē rationem boni.

Eodem autem modo tendit appetitus in bonum, & in frumentū boni, que est delectatio. Et ideo sicut

aperitus ex intentione boni, mouet ad aliquid agendum: ita est ex intentione delectationis. Est autē cōsiderandum, quod sicut bonum est finis appetitiū motus, qui est prosecutio: ita malū est finis appetitiū motus qui est fuga. Sicut n. aliquis uolens obrinere bonum prosecutus ipsum, ita aliquis uolens carere malo, fugit ab ipso. Et sicut delectatio est frumentū boni: ita tristitia est quæda malitia, fm quā animus opprimitur a malo.

Et ideo ex hoc q̄ homo repudiat tristitia inducitur ad multa facienda, quæ tristiam repellat, vel ad quæ tristitia inclinat. Sic ergo quia inuidia est tristitia aliena gloria, inquantum apprehendit ut quoddam malum, consequens est,

ut hō ex inuidia tēdat ad aliqua inordinata facienda contra proximum. Et secundum hoc est inuidia uitium capitale. In hoc autē conatus inuidia est aliquid tamquā principiū, & aliquid tamquam terminus. prīmū cipium quidem est, ut aliquis excludat gloriam alterius, quæ cum contristat, quod quidem fit diminuēdo bona eius: siue mala de eo dicēdo, & latēter, qđ fit per susurrationē, & manifeste quod fit per detractionem. Terminus autē huius conatus pōt considerari duplēciter. Vno quidē modo respectu eius, cui inuidet. Et sic motus inuidiae interdū terminat ad odij, scilicet ut homo nō solum tristetur de suā perexcellētia alterius: sed ulterius uelit simpliciter mala eius. Alio uero mō terminus huius conatus potest accipi ex parte ipsius inuidientis: qui si quidē possit cōsequi finem intentum ut diminuat gloriam proximi, gaudet, & sic ponit filia inuidiae, exultatio in aduersis: si autem non possit consequi suū propositū, ut scilicet impedit gloriam proximi, trista-

tur. Et sic ponitur filia inuidiae afflictio in prosperis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Gregorius dicit. 32. Moralium, Superbia communis mater est omnium vitiorum. vnde per hoc quod inuidia est filia superbia, non excluditur quin inuidia sit uitium capitale.

AD SECUNDUM dicendum, quod tristitia & si sit terminus in exequendo, est tamen primum in intentione, inquantum scilicet ex fuga tristitia multi alijs motus procedunt.

AD TERTIUM dicendum, quod nihil prohibet eadem uitia ex diuersis viis secundum diuersas rationes oriri. Odium ergo nascitur ex ira secundum quod ille, qui ad iram provocauit, lesionem intrulit: ex inuidia autem secundum quod eius bonum cui inuidetur, apprehenditur ut impedittum propriæ excellētiae. Similiter etiā susurratio, & detracțio & exultatio in aduersis oriuntur ex odio, inquantum diminuit omne bonum, & procurat omne malum sui inimici. hēc ex inuidia proueniunt secundum folia rationem remouendi excellētiam. Afflūtio autem in prosperis est aliquo modo ipsa inuidia, & quodammodo filia eius. secundum enim q̄ aliquis tristatur de prosperis aliquis inquantum aduersatur singulari excellētiae aliquius, sic est ipsa inuidia. Secundum uero quod aliquis tristatur de prosperis aliquis ea ratione quia eueniunt contra suū conatum ad impediendum ea, sic est filia inuidiae.

QVÆSTIO XI.

De accidia.

In quatuor articulos diuisa.

¶ Primo enim queritur, Vtrum accidia sit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum accidia sit peccatum speciale.

¶ Tertiò, Vtrum sit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum sit peccatum capitale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum accidia sit peccatum.

VÆSTO est de accidia. Et primo queritur, vtrum accidia sit peccatum. Et videtur quod non. virtus. n. & peccatum cum sunt contraria, sunt in eodem genere: fed virtus est in genere amoris. Dicit enim Aug. in lib. de Moribus ecclesie & 15. de Cittat. Dei, quod virtus est ordo amoris. Cū ergo accidia non sit in genere amoris, sed magis sit tristitia quædam, vt Damasc. dicit, uidetur quod accidia non sit peccatum.

¶ 3. Præt. In Plal. sup. 3. Cōfitemini, ponit gl. quatuor tentationes, q̄ sunt: error, difficultas, vincendarū concupiscentiarū, tedium, & tempestas seculi. Sed error, & difficultas, & tempestas seculi non sunt peccata, ergo nec tedium quod est accidia, est peccatum.

¶ 3. Præt. Oē p̄tū est ab homine, fm illud Olea penult. Perditio tua ex te Israhel. Sed accidia cū sit qđā tristitia aut necessitate, dicit gl. Si cū tristitia facis fit de te, non tu in facis, ergo accidia non est p̄tū.

¶ 4. Præt. non pōt contingere q̄ actus sit simul meritorius & p̄tū: sed aliquis actus cum accidia factus est meritorius, puta cu aliquis ex uoto uel obediētia ieunat: & tamen ieunium ipsum contristat, & sic est ibi accidia, quæ est tristitia de bono spirituali uitutis. ergo accidia non semper est peccatum.

¶ 5. Præt. Dam. dicit in 2. lib. q̄ accidia est tristitia aggrauans: sed aggrovatio magis vñ else pena quam culpa. ergo accidia non est peccatum: sed magis pena.

¶ 6. Præt. accidia videtur esse tristitia, vel tedium inter-

Loco citate
in arg. 3.
D. 3. 4.

Li. 1. Ortho.
fidei cap. 14.
Ell. gl. Aug.
super illud
confiteatur
Domino mi-
sererationes
eius rom. 8.

Glossa ordi-
nariorum his. ex
Aug. iuxta
illud, huius
dato rem.

Li. 1. Ortho.
fidei cap. 14.
Glos. Ord.
ibi ex Aug.

QVAEST. XI. DE ACCIDIA ART. I.

ni boni de quo dñ in glossa super illud Psa. 106. Om
nem escā abominata est anima eorū. Si ergo acci
dia sit pētū, aut est peccatum, quia non accipit spi
rituale bonum, aut quia eo spredo accipit corpora
le bonum: sed non pōt̄ esse peccatum quia non ac
cipit spirituale bonū, ga nō accipere non est actus,
sed privatio quedam. Oīs autem laus & vituperiū
sequitur aliquem actum, vt Phil. dicit in 1. Eth. vi
perium autē peccato debetur. Restat ergo si acci
dia sit pētū, q̄ sit peccatum quia prosequitur aliquā
corporale bonū spirituali contempno. Sed pro
secutio boni vñ pertinere ad concupisibilē, sicut fug
a mali ad irascibilē. ergo videt q̄ accidia sit in con
cupisibili, cum magis videat ad irascibilem p̄tinere.

Pret. Greg. dicit. 11. Mor. quōd accidia est inter
na mētis tristitia, per quam quis minus devote orat
aut psalmit. Sed nō est in potestate hominis, quōd de
vote oret. ergo nō est in potestate hominis, quōd
accidiam uitet. Accidia ergo non est peccatum,
qui nullus peccat in eo quod uirare non potest.

Pret. Dam. in 2. lib. ponit accidiam speciem quā
dam tristitia, quā est vna de quatuor passionibus:

sed passiones nō sunt peccata, quia fīm cas nec la
damur, nec vituperamur. ergo accidia nō est pētū.

Pret. Illud quod eligit sapiens nō est peccatum:
sed accidiam sine tristitia eligit sapiens. Dicitur
enim Eccle. 7. quōd cor sapientis ubi tristitia. ergo
accidia sine tristitia non est peccatum.

Pret. Illud quod Deus remunerat non est pecc
atum: sed Deus tristitia remunerat. Dicitur enim
Malach. vlt ex persona malorum. Quod emolumē
tum habuimus: quia custodiūmus praecepta eius,
& ambulauimus tristes coram eo: ergo accidia seu
tristitia non est peccatum.

SED CONTRA est, quōd Grego. 3. t. Moral. accidia
inter alia peccata connumerat: & similiter lidorus
in libro de Summo bono.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ex Dam. patet, Ac
cidia tristitia quedam est. vnde Greg. in Moralibus
loco accidia quandoque ponit tristitiam. Obiectū
autem tristitia est malum præsens, vt Dam. dicit Si
cū autem est duplex bonum, unum quod est uere
bonum, & aliud quod est apparet bonum, propter
hoc quod est secundum quid bonum (nō enim est
uere bonum, quod non est simpliciter bonum) ita
etiam est duplex malum, quoddā quod est uere &
simpliciter malū, & quoddā quod est apparet & fe
cundum quid malum, & simpliciter est uere bonū.
Sicut ergo amor & concupiscentia & delectatio, q̄
sunt de uero bono sunt laudabilia, quā aut sunt de
apparenti bono, & non uere bona, sunt uituperabili
a: ita ēt odium, fastidium, & tristitia, q̄ sunt de eo qđ
est uere malum sunt laudabilia: quia autem sunt ex
eo, quod est secundum quid uel apparet bonum &
simpliciter malū, sunt uituperabilia & peccata. Ac
cidia autem est tedium vel tristitia boni spirituālis
& interni, ut Aug. dicit super illud. Psalm. Omnem
escā abominata est aia eorum. & ideo cū internū
& spirituale bonum sit uere bonum, & non possit
esse malum nisi apparet, inquit, s. contrariatur
carnalibus desiderijs, manifestum est quod accidia
cum sit tristitia pōt̄ dupliciter considerari: uno mo
do secundum quōd est actus appetitus sensitui: alio
modo secundum quōd est actus appetitus intelle
ctui, qui est uoluntas. Omnia enim huiusmodi affe
ctionum nomina secundum quidē quod sunt actus
appetitus sensitui passiones qđam sunt, secundum

Ibi in gloss. ord. ex Au.

verō q̄ sunt actus appetitus intellectui sunt fū
ces motus voluntatis: peccatum autē per se & prop
er est in voluntate, vt dicit Aug. Et ideo si accidia
minet actū voluntatis refugientis internū & ex
tuale bonum, potest habere perfectas rationes
peccati: si vero accipiat prout est actus appeti
tū sensitui, non habet rationem peccati, nū ex uol
untate inquantum. s. talis motus potest à voluntate
prohiberi: vnde si non prohibetur haber appeti
tionem peccati, fed imperfectam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ amor est pri
pium omnium affectionis, ut patet per Aug. 14. a
Cuit. Dei. Et ideo cum dicitur quod virtus est
do amoris, est prædicatio per causam non per
sentiam. Non n. omnis virtus essentia littere est
sed omnis affectio virtutis derivatur ex aliquo
re ordinato: & simpliciter omnis affectio per
derivatur ab aliquo inordinato amore.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ ille modus argumenti
di non est efficax, non n. oportet, vt quicquid in
dicatur de vno diuidentiū aliquod cōc, prædi
ctum est de alijs. Illa. n. quā connumerantur adiu
diuidientia aliquod cōc in illo cōi conuenientia
autē necessē est, q̄ in quolibet alio. vñ illa con
uenientia in hoc cōc quod est tentatio. Nulla
tem prohibet, quin vnum eorum sit peccatum
alia non sint peccata. Sicut etiam tentatio que
in carne, nō est sine peccato: tentatio autem
est ab hoste potest esse omnino sine peccato.

AD TERTIUM dicendum, q̄ actus qui sunt en
stria vñ timore, sunt miseri ex voluntario, & inno
tatio, vt dñ in 3. Eth. Et inquit hēti de mulier
nō sūt ex nobis. Nā ipse mod̄ tristitia est ex no
b̄is.

AD QUARTVM dicendum, q̄ nihil p̄hibet alijs
fm se cōsiderat esse tristibile: qđ tñ est delectio
fm & referunt ad seruitū Dei, vnde ēt & dñm
dñr in lachrymis seminasse, vt Aug. exponit. Nei
tristitia passionis est accidia, quia non est delectio ex
ribono: sed de exteriori malo. De interiori nō
no martyres gaudebant. Et tanto illud galliū ex
magis meritiorum: quāto exteriorius malum erat
q̄gis contritans. Et similiter si aliquis voluntaria
plens obedientiam, vel præceptum tristitia
quo opere afflictio vel laborioso, tristitia nō
est accidia: quia non est de interiori bono, &
exteriori malo.

AD QUINTVM dicendum, q̄ tristitia di effici
uans, inquantum opprimit affectum, ne inflig
operandum. Et fm hoc aggravatio tristitiae
nis, magis habet rationem culpæ quam pecc
tus principium est ex nobis.

AD SIXTVM dicendum, q̄ tristitia di effici
scibilis non distinguuntur fm prosecutionem
gam, quia eiusdem potentie est prosequi bonū
& fugere malum oppositum: sed distinguuntur
hoc q̄ ad irascibilem pertinet prosequi uel
boni vel mali ardui: ad concupisibilē vero
cūtio vel fuga boni absolute. Et fm hoc, sicut
& timor pertinet ad irascibilem: ita gaudentia
pertinet ad concupisibilē. vnde accidia
fm q̄ est in appetitu sensitui, est in concupi
sitione. Nec tamen oportet q̄ accidia non sit peccatum
ex eo, q̄ fugit bonum spirituālem quia p̄fuga
ga est quidam motus appetitus, & nō effici
sola: tū quia etiam si est privatio sola, que est
accipere spirituale bonum, hōc est posse habere
rationem culpæ. Et sic dñ tunc peccatum omni
modo.

AD SEPTIMVM dicendum, quod deuotio hominis est a Deo: sed secundum quod homo potest disponere ad deuotionem habendam, vel etiam deuotionem impediens, secundum hanc indeuotio est peccatum, licet in auctoritate inducta non dicatur & accidia sit indeuotio: sed quod ex ea procedat.

AD OCTAVVM dicendum, quod Damas. Non loquitur de accidia secundum quod est peccatum prout felicitate est tristitia de bono spirituali interno: sed vniuersaliter prout est de quoquaque malo. & ideo loquitur de accidia secundum quod est species passionis, & secundum quod est peccatum.

AD NONVM & **A**D X. dicendum, quod rationes illae procedunt de tristitia eius, quod est malum similius, & secundum quod est peccatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum accidia sit speciale peccatum.

SE CVNDO queritur, utrum accidia sit speciale peccatum. & videatur quod non. Accidia enim cum sit tristitia, delectatio non opponitur: sed delectatio non est specialis virtutis. Quilibet enim virtuosus delectatur in actu propriae virtutis, ut patet in 1. Eth. ergo tristitia de bono spirituali non est peccatum speciale.

¶ 1. Prat. Illud quod consequitur ad omne peccatum, non est speciale peccatum: sed tristitia spiritualis boni consequitur ad omne peccatum. Vniuersus enim est tristabile quod est sibi contrarium. Cuilibet enim peccato contrariatur aliquod spirituale boni virtutis. ergo accidia non est speciale peccatum. Sed dicendum quod accidia tristia de bono spirituali sub speciali ratione, in quantum s. est impedimentum corporalis quietis.

¶ 2. Sed contra, appetere corporalem quietem pertinet ad vitia carnalia. Eiusdem autem rationis est appetere aliquod & tristia de eius impedimento. Si ergo accidia non est speciale peccatum, nisi quia est impedimentum corporalis quietis, sequetur quod accidia sit peccatum carnale: cum tamen Grego. patet accidiam inter peccata spiritualia, ut patet in 31. Moral. non ergo accidia est speciale peccatum.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. Mor. committit ipsam alii peccatis, ergo est speciale peccatum.

RESPON. Dicendum, quod si accidia esset absolute tristitia cuiuscumque boni specialis summa quamcumque rationem, sequitur ex necessitate non esse peccatum speciale: sed quoddam consequens omnia peccata. Ad hoc ergo ponatur speciale peccatum, oportet dici quod est tristitia de bono spirituali secundum aliquam specialis rationem. Non autem potest dici, quod ista specialis ratio sit secundum quod est impedimentum aliquius corporalis boni, quia secundum hoc accidia non esset peccatum distinctum ab illo peccato, quod est circa illud corporale bonum. quia per eandem rationem aliquis delectatur in uno, & refugit impedimentum eius: sicut & in rebus naturalibus ex eadem virtute naturali est quod graue deserat superiorem locum, & sedat in locum inferiorem. & propter hoc uidemus, quod sicut propter gulam aliquis delectatur in cibo: ita etiam ex eodem uirio est tristis de abstinentia cibi. Tamen quod est esse impedimentum boni corporalis, est ratio, quare bonum spirituale est contraria: non tamen ratione, quare tristitia de hoc bono sit peccatum speciale. Est ergo considerandum, quod nihil prohibet alii quid in se considerant, esse speciale bonum, quod tamen est communis finis multorum. & secundum hoc charitas est specialis virtus, quia primo & principaliter est amor boni divini, secundario autem est amor boni proximorum, cuius bona est finis omnium uel

multorum aliorum bonorum. Sic ergo aliquid opus aliquius specialis virtutis, puta caritatis, potest esse amabile vel delectabile duplicitate. Vno modo, secundum quod est opus talis virtutis, & hoc est proprium castitatis. Alio modo, secundum quod ordinatur ad bonum diuinum: & sic est proprium charitatis. Sic ergo dicendum est, quod de hoc speciali bono quod est bonum internum & diuinum tristitia facit accidiam esse speciale peccatum. sicut hoc bonum amare facit charitatem, specialis est virtutem. hoc autem bonum diuinum est tristabile homini propter contrarietatem spiritus ad carnem, quia ut dicit Apostolus ad Galatas 5. Caro concupiscentia aduersa spiritum. & ideo quando affectus carnis in homine dominatur, fastidit spirituale bonum tamquam simili contrarium: sicut homo habens gustum infectum, fastidit cibum salubre & tristatur de eo, siquando oporteat eum sumere simile cibum. Talis ergo tristitia & abominatione seu tristia boni spiritualis & diuinum, accidia est, quod est speciale peccatum. vnde ad hanc repellendam monet Sapientia. Ecclesie 6. subiecte humerum tuum, & porta illam (spiritualem patientiam) & ne accidieris in vinculis illius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod delectatio spiritualis boni, & diuinum pertinet ad specialem virtutem quae est caritas, secundum illud Galat. 5. Fructus autem spiritus, caritas, gaudium, pax.

C**A**D SECUNDUM dicendum, quod quilibet peccator tristatur de bono spirituali secundum specialem rationem virtutis illius, cui contrariatur suum peccatum: sed secundum rationem boni spiritualis diuinum, quod est speciale obiectum charitatis, contrastatur de ipsa accidia.

AD TERTIVM patet responsio per id, quod dictum est, contrarietas non quietem corporalem, facit bonum spiritualis esse contrastabile: non autem facit specialem rationem peccati.

ARTICVLVS III.

Vtrum accidia sit peccatum mortale.

TERTIO queritur, utrum accidia sit peccatum mortale. & videtur quod non. Nullum non peccatum mortale inuenitur in viris perfectis: sed accidia est tristitia quae inuenitur in viris imperfectis, ex quo rum persona dicitur Apostolus. Quasi tristes, semper autem gaudentes. ergo accidia non est peccatum mortale.

¶ 1. Prat. Omne mortale contrariatur precepto Dei: sed accidia non videtur contrariari alicui precepto, quia inter precepta decalogi non continetur aliquod preceptum de delectatione. ergo accidia non est peccatum mortale.

¶ 2. Prat. Cum tristitia sit de malo presenti: ut Dama. dicit in 2. li. de accidia quae est tristitia quadam, oportet fieri de aliquo malo praesenti, quod quidem sit vere bonum, quod est bonum increatum: tum quia presentia talis boni non habet tristitiam nec tristitiam (dicunt enim Sapientia 8. de diuina sapientia, quod non habet tristitiam conuersatio eius, nec tristitia conuersio illius) tum est quia si sit praesens bonum increatum, non potest esse peccatum mortale. ergo relinquitur quod accidia sit tristitia de aliquo bono creato praesenti.

Auerter autem a bono creato non facit peccatum mortale: sed solum a bono incommutabili increato. ergo accidia non est peccatum mortale.

¶ 3. Prat. Peccatum operis in eodem genere non est minus quam peccatum cordis: sed recedere opere ab aliquo bono creato spirituali ducente in Deum, non est peccatum mortale. non mortaliter peccat quemque, non leuatus, vel

Quod dicitur S. Thos. X. quicumque

In solutio-
ne pract. &
In corp. art.

QVAES. XI. DE ACCIDIA, ART. III.

quicunque non orat. ergo et nec recessus cordis p. tristitia a bono creato, semper est peccatum mortale: & ita accidia non est peccatum mortale ex suo genere, quia sic semper est peccatum mortale, sicut homicidium, & adulterium. Sed diceret q. recessus operis ab aliquo bono creato debito, facit peccatum mortale. ¶ Sed contra, opera q. non sunt debita, qnq; magis sunt spūalia, & tū ab eis recedere non est peccatum mortale, nisi esset necessaria per votum: immo et nullum peccatum est, si aliquis non seruit virginitatem vel paupertatem. ergo nec est omnis tristitia de bono spirituali, est peccatum mortale. ¶ Pr̄t. Recedere opere ab aliquo bono spūali, nō est peccatum mortale: nisi inquantū homo ad illud bonū obligatur: sed et si homo obligetur ad hoc, q. operetur aliquid bonum spūale: non tñ obligatur ad hoc q. cū delectatione illud operetur, quia G delectatio facta in opere est signum habitus inharentis, & sic ad hoc non pñ obligari illi, qui non habent habitū virtutis. ergo et accidia quæ est de bono spirituali debito, non est peccatum mortale. ¶ Pr̄t. Omne peccatum mortale est contraria spirituali vita: sed non est de necessitate spūalis vita, q. aliquis delectabiliter opereret, sed sufficit q. opereret: alioquin quicunq; facheret opus qd dēt, si nō delectaret i eo, peccaret mortaliter. ergo accidia, q. contraria spūali delectationi, nō est peccatum mortale. ¶ Pr̄t. Ideo non liber concupiscentia est peccatum mortale, q. ex corruptione natura nobis immunita pronitas ad concupiscentiam: sed ex eadē corruptione imminet nobis pñitas ad quiescendū, & ad refugiendū labores, quod vñ ad accidiam pertinet. ergo non omnis accidia est peccatum mortale.

SED CONTRA est, q. Dama dicit, q. accidia est tristitia quādam: sed non est tristitia secundū Deum, quia sic non est peccatum, ergo est tristitia secunda: sed tristitia facili mortem operatur, ut Apost. dicit 1. ad Cor. 7. ergo accidia est peccatum mortale.

L. 12. ca. 13. ¶ 2 Pr̄t. Aug. 12. Iuper Gen. ad literam dicit, q. Jacob dices filii suis, Dederitis seneclum meum tristitia ad inferos, videtur hoc timuisse ne nimia tristitia sic perturbaretur, ut non ad requie beatorum iret: sed ad inferos peccatorum. Omne autem illud, quod retrahit a requie beatorum, & reducit ad inferos peccatorum, est peccatum mortale. ergo tristitia quæ est accidia, est peccatum mortale. ¶ 3 Pr̄t. Super illud, Quare tristis es anima mea: dicit gl. quod docet hic tristitia facili fugienda, quæ patientiam & charitatem & spem extinguit, & totā bonam uitam confundit. ergo accidia est peccatum mortale. hoc enim dicimus peccatum mortale, quod charitatem & ceteras uitates extinguit.

RESPON. Dicēdū, q. ex premisso de facili patet, q. accidia fm q. est speciale peccatum, est peccatum mortale ex suo genere. Importat enim quāda tristitia, ex repugnatiā humani affectus ad bonū spiritualē diuinū, talis n. repugnantiā contraria charitati manifeste, quæ inhæret bono spūali & delectatiō in ipso. Cū ergo hoc faciat peccatum esse mortale, quod contraria charitati, per quā est anima vita, manifeste sequitur q. accidia ex genere suo ē peccatum mortale: quia sicut dicit 1. Ioan. 3. Qui nō diligit manet in morte. & est considerandum q. sicut inuidia, q. est tristitia de bono proximi, est peccatum mortale ex suo genere, inquantū contraria charitati quādū ad dilectionē proximi: ita accidia q. est tristitia boni spiritualis diuinī, est peccatum

mortale ex suo genere, inquantū contraria chartati quantum ad dilectionem Dei. Hoc invenimus in omnibus peccatis, quae sunt mortalia ex filio genere, q. motus imperfecti ex genere talium peccatorum non sunt pñt mortalia, qui sunt alios derelictione rōnis. vnde tales motus accidia sunt peccata venialia, sicut supra de motibus inuidia dicitur: sed qn affectus carnalis ira pñaler rōni, ut derelictione homo tristet de bono spirituali dum manifeste talis motus voluntatis est pñm mortale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in virtute pñt etis potest esse imperfectus motus accidia, scilicet sensualitate, propter hoc q. nullus est ita perfectus in quo non remaneat aliqua contraria causa spiritui. Apost. tamen non videtur ibi loqui de tristitia boni spiritualis, quæ est accidia: sed possunt tristitia, quæ est de malis temporalibus.

AD SECUNDVM dicendum, q. accidia contraria propter de sanctificatione sabbathi, in quo mandat m. quod est præceptum morale quies mentis Dei.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus secundū m. quod est præfens menti, non compatitur secundū m. sensualitatem vel peccatum mortale. vnde accidit tristitia de præfensiōne ipsius Dei, sed de aliquo bono, quod est per participationem diuinam.

AD QUARTVM dicendum, q. accidit enī effusus mentalis a quicunque bono spirituali, cui mens ex necessitate debet hærente, quod est bonum diuinum, sicut iam dicitur. & per hoc pater solutio ad quintum.

AD SEXTIVM dicendum, quod ratio illa propter de bono spirituali alicuius actus particulae unitis, quod enim homo delectetur non cadit incepto: sed quod delectetur deo, hoc cadit præcepto, sicut & quod homo Deum diligat delectatio amorem consequitur.

AD SEPTIMVM dicendum, quod delectio prouenit ex charitate cui contraria accidit de necessitate spiritualis uitæ, sicut & ipsa carnaliter accidia est peccatum mortale.

AD OCTAVVM dicendum, q. sicut cōcupiscentia tantum in sensualitate, q. pñnit ex corruptione, non est peccatum mortale, quia est morsus mortis: ita et nec talis accidia est peccatum mortale.

ARTICVLVS. IV.
Vtrum accidia sit uitium capitale.

QUARTO queritur, vtrum accidia sit uitium capitale. & uidetur, quod non. Sic ut lectorato procedit ex amore, ita tristitia propter odio: sed odium non est uitium capitale, multominus accidia, quæ est tristitia quādam. ¶ 2 Pr̄t. Vitia capitula dicuntur, quæ inclinat actus aliorum peccatorum: sed accidia non nisi est huiusmodi, sed magis immobile redditum, enim tristitia aggrauans, vt Damasc. dicit ergo accidia non est uitium capitale.

¶ 3 Pr̄t. Utitum capitale est quod habet aliquias: sed accidia non uidetur esse filii, quæ congnantur a Gregorio 3. Morali. Malitia enim commune ad omnia peccata: rancor autem pertinet ad odium, quod ex ira nascitur: pusillanimo uero & desperatio pertinent ad irascibilem, non est accidia: sed magis in cōcupiscentiis. Tamen autem circa præceptum, uidetur idem effici accidia: euagatio uero mentis uidetur contrariatio tristitiae, quæ est constrictiua. ergo accidia non debet ponni uitium capitale.

SED CONTRA, est autoritas Gregorij qui accidit, sive tristitia inter vita capitalia computat

3. Moral.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, virtutem capitale est ex quo alia vita oriuntur secundum rationem cause finalis. Sicut autem homines propter delectationem quādam procedunt ad multa facienda, vel vita: ita etiam & propter tristitiam fugiendam. Vtrumq; enim eiusdem rationis esse videtur sicut querere bonum, & fugere malum. Cū ergo accidia sit quāda tristitia de bono diuino interno, sicut inuidia de bono proximi, vt dictum est, & sicut ex inuidia multa vita oriuntur iniquitatem homo mala facit inordinate ad hīmō tristitiam repellendam, quæ consequitur de bono proximi: ita etiam & accidia est virtutem capitale: sed quia et nullus homo est qui absque delectatione in tristitia manere possit, ut Philo. dicit in 8. Ethic., ideo ex tristitia non consequuntur. Quorum unum est ut recedat a contristatibus aliud est ut ad alia transeat in quibus delectetur: & secundum hoc Philo. dicit in 2. Ethic., quod illi qui non possunt gaudere delectationibus spiritualibus, vt plurimum transferunt se ad delectationes corporales. & secundum hoc ex tristitia, quæ cōcipitur ex spiritualibus bonis, sequit euagatio circa illicita, in quibus animus carnalis delectatur. In fuga autē tristitia talis processus attendit, quod primo quidem homo ea fugit, secundo etiam prosequitur. Ad fugam autem spiritualium bonorum, quæ delectari possunt, pertinet & recessus a bono diuino sperato, & hæc est desperatio: & iterum recessus a bono spirituali agendo. Quæ quidē quantum ad communia quæ sunt de necessitate salutis, est torpor circa præcepta: quantū autem ad ardua, quæ cadūt sub consiliis, est pusillanimitas. Ulterius autem contingit, quod si aliquis iniurias detineatur in spiritualibus bonis, quæ ipsam contristant, concipit primo quidem indignationem ad pralatos, vel ad quacumque personas in his detinentes, & hic est rancor: secundo vero concipit indignationem, & odium contra etiam ipsa spiritualia bona, & hæc proprie est malitia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in virtutibus animi amor, ex quo oritur delectatio, ponitur principalis virtus quæ est charitas: quia bonum diuinū, & bonum proximi est secundum se amabile, non autem est secundum se odibile: sed solum secundū quod ex aliquo accidente contristat. & ideo magis accipiuntur capitalia vita secundum tristitiam, quam secundum odium.

AD SECUNDUM dicendum, quod accidia immobilitat quidem ab his de quibus contristat: sed ad contraria promptum reddit.

AD TERTIUM dicendum, quod malitia hic non accipitur em quod est cōmuni omni peccato: sed secundū q; importat quandam impugnationem spiritualium bonorum. Nihil etiam prohibet, quin rancor ex ira, & ex accidia generetur idē enim potest ex diversis causis secundum diuersas rationes causari. Quod autem pusillanimitas & desperatio pertinet ad irascibilem, non impedit quin ex accidia causentur: quæ passiones irascibilis omnes causantur ex passionibus concupisibilibus. Torpor autem circa ipsa agenda, non est ipsa tristitia: sed tristitia efficitur, unde ex accidia oritur tristitia, sicut ex hoc ipso quod constringit, grauat cor: & ideo huiusmodi grauedinem fugiens ad alia euagatur.

QVAESTIO XII.

De Ira.

In quinque articulos diuisa.

¶ Primo enim, queritur vtrum omnis ira sit mala, vel aliqua ira sit bona.

¶ Secundo. Vtrum ira possit esse peccatum, vel nō.

¶ Tertio. Vtrum ira sit peccatum mortale.

¶ Quarto. Vtrum ira sit leuius peccati odio, & inuidia.

¶ Quinto. Vtrum ira sit uitium capitale.

ARTICULUS I.
Vtrum omnis ira sit mala, vel bona.

V A E S T I O est de ira. Et primo querit, vtrum omnis ira sit mala, vel aliqua sit bona. & videatur q; omnis ira sit ira la Hieron. n. exponus illud March. 5.

Qui irascitur fratri suo, sic dicit: In aliis quibus codicibus additur sine causa, ceterum in vere definita sententia est, & ira penitus tollitur. Si enim iubemur orare pro persequētibus, omnis ira occasio tollitur: & hoc omnino est, sine causa, quia ira viri iustitiam Dei non operatur, ergo omnis ira est mala & prohibita.

C 3. Præt. Sicut Diony. dicit in 4.c. de divi. nomi. Ira est naturalis cani, innaturalis autem hominis: sed id quod est cōtra naturam hominis est malum, & peccatum, vt pater per Damasc. in 1.lib. ergo omnis ira est peccatum.

¶ 3. Præt. Malum animæ humanæ est præter rationem, ut ibidem Diony. dicit: fed ira semper est præter rationem. Dicit enim Philo. in 7. Ethico. Videatur ita audire secundum quid rationem: obaudire autem, id est nō perfecte audire, ut postea exponit, ergo ira semper est mala.

¶ 4. Præt. Dominus Matth. 7. arguit eum qui habet trabem in oculo suo, & vult eūcēre festucam de oculo fratris sui. Multo magis ergo est arguendus, q; trabē alterius sed talis est quicunque irascitur, ut alii corrigit. Dicit enim Cassianus in 8.lib. de institutio ne Cœnobiorum, quod quilibet iracundus morus efficiens excecat oculum cordis, ergo arguendus est quicunque irascitur ad corrigidum fratrem suum, & multo magis si ex quacumque alia causa aliquis irascitur.

¶ 5. Præt. Perfectio hominis consistit in imitatione diuina, vnde dicitur Matt. 5. Estote perfecti sicut & pater vester perfectus est. sed sicut dicitur Sapient. 12. Deus cum tranquillitate iudicat. Ira autem quietē mentalis subuerit, ut subuerit, ut Grego. dicit 5. Moral. ergo omnis ira derogat perfectioni humanae: ut pote leparans nos à similitudine diuina.

¶ 6. Præt. Omne quod est bonū vel indifferens, est utile ad actum iuritatis: quia usus bonorum est actus iuritatis, ut Aug. dicit in 2.de lib. arb. Sed nulla ira est utilis ad iuritatem. Dicit n. Cassianus in lib. prædicto. Cum Apolo. dicit, Omnis ira tollatur a nobis, nullam penitus necessariā, & utilem nobis excipit. Tullius etiam dicit in 4.de Tusculatis quæstionib. Fortitudo non indiget aduocata iracundia, fatis suis armis munita perfecta est, ergo nulla ira est bona.

¶ 7. Præt. Grego. dicit 5. Mora. Cū tranquillitatem mētis ira diuerberat, dilaniat, quodāmodo scis. Quæst. dif. S. Tho. X 2 samque